



**De Vita Et Rebus Gestis Christophori Bernardi Episcopi Et
Principis Monasteriensis Decas**

Alpen, Johann von

Coesfeldiae, 1694

82. Gallorum tergiversatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-68495)

ea major
ovirum
riensi
is permitti
copiz
um prim
ges, Bat
i tamen
is, die tam
Neoma
hemy Ra
tur, &
erdere. U
nastericu
i caufiu
bernardus
ndum q
bat. O
ientes,
imperia
gati Can
quam in
ane decelle
quale no
, ex Ur
Curari
caligarum
i curris, a
suprafe
les machi
1124

nas, aut mortaria; nec globos, pilasque iis
accommo^{da}tas. Quæ cum serius omnia cu-
rarentur, quanto vehementius urgebant Or-
dines, ut in hosticum moverent, tanto lentiū
festinabatur.

1665.

Jusso demùm Kalendis Decembris utro- 82.
que exercitu *Isalam* trajicere, & militibus Gallo-
quatridui cibaria ferre secum, ex Gallicis rum ter-
Commissariis non-nemo *Zutphaniam* advo- giversa-
lat, ubi Campestres Delegati morabantur, & *tis.*
annonam præmitti monet; nec enim pedem
moturos antè auxiliares, nisi de sufficiente pa-
ne, cerevisia, carne & avena certi sint, & ea
quolibet die in hospitiis vel stativis ad manum
tradantur. Regium namque militem haud
aliud, quam arma portare assuetum. Nec
cam hodie viarum esse conditionem, quæ
multa secum ferre sifat. Offensi quotidiana
eunctione Generales Ordines, Regium
Oratorem *Hagæ* conveniunt, rogantque;
Pradelium ut moneat, promptior sit in mo- *Molesti*
vendo, & obseruantior disciplinæ militaris. *sunt*
Queri námque Provinciarum subditos, non *Provin-*
tantium à populationibus non abstinere auxi- *cis.*
liares, sed ab ipsis etiam, quam hoste, pejus
agi. Contrà miles; quod pane caruerit, bi-
duanâ pressum inediâ cogi alimoniam con-
quirere; Venisse ut mererent, non ut fame
perirent. At lixx querebantur, ab auxiliari-
bus rapi, non solvi merces. In castris ideo

Yy 2

Gallicis

700 CHRISTOPH. BERNARDUS.

1665.

Gallicis neminem velle nundinari. Ita alterationibus dies iterum trahebantur.

Joannes Mauritius *Nassoviae* Princeps, *Ducatus Cliviae*, annexarumque Ditionum Gubernator, in utroque Orbe famosus Hera, *Castrorum Reip. Praefectus* erat. Hunc ratis in diem ferè monitionibus Ordines ugent, ut si terram hosticam invadere non permittat tempestas præsens, saltem recuperat satagit *Lochemium* ac *Doetechemum* oppida, quò impressa ab hoste macula aliquantum luatur. Si vires antè impares visx, nunc subsidiariq; auctas exercitu, cur non majora eum præstituras?

83.
*Obside-
tur Lo-
chemum.*

*Et occu-
patur.*

Octavā igitur Decembribus traxto *Lochemium* obsidione cingit, *Pradelio* comitate, *Elverfeldius* loci Praefectus, exutus ante mœnia horreis, attritâque annonâ, defensioni se parat. Id quanquam initio strenue facit, quod oppidum tamen munimenta olim exutum (ut mihi, dum imponebatur, ipse questus fuit) haud diu posset defendi, octiduo postquam obsideri cœptum est, honestis conditionibus dedit; Quarum obdentes puduisse ferunt, quandò Martium inter apparatum, reliquæ nitrei pulvris, ab *Elverfeldio* dimidium duntaxat vasculum designabatur. At *Nassovius* verbitenax, neglecto quorundam murmure octuaginta equites adjunxit, qui præsidiarios, cum armis & signis